

athletæ, qui in ampla porticu per hyberna tempora sub tecto exercebantur
à Lanistis, ad fortitudinem et habitum bonum comparandum, quamquam
nihilominus etiam in arenam descendere et virtutis specimen edere solebant,
hoc vero ob nullam pretij spem, sed gloriæ solius adipiscendæ gratia fa-
ciabant. Quemadmodum et Herodianus atque Julius Capitolinus Com-
modum Imperatorem gladiatorem eximium fuisse, et in publicis
theatris, spreta imperatoria dignitate, gladiatoris partes adimplescere
scribunt. Et modo honestus propositus esset finis, subleuaret saltem
illos pulcher textus Pauli F. C. Tit. H. de Alæ his. et Alæat. Vbi inquit,
Senatusconsultum vetuit in pecunia ludere, præterquam si quis certet hasta
uel pilo iaciendo, uel currendo, saliendo, luctando, uel pugilando, quod
Virtutis causa fiat.

oro